



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 De distinctione peccati venialis prout figuratur per lignum, fœnum &  
stipulam. I. ad Corin. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

inquantum negligit homo addiscere ea, per quae po-  
teit se in diuino amore conseruare.

Car. ante  
med. habet  
hic lib. 104.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. dicit  
in lib. contra Mendacium, Ea quae sunt secundum se  
mala, nullo fine benefici possunt; homicidium au-  
tem est occisio innocentis, & hoc nullo modo be-  
ne fieri potest. Sed iudex, qui occidit latronem, uel  
miles, qui occidit hostem reipublicae, non appellan-  
tur homicidae, ut \* Aug. dicit in lib. de lib. arb.

lib. 1. c. 4. &  
5. com.

QVAESTIO LXXXIX.

De peccato ueniali secundum se in sex articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de peccato ue-  
niali secundum se.

ET CIRCA hoc queruntur sex.

¶ Primo, Vtrum peccatum ueniale causet maculam  
in anima.

¶ Secundò, de distinctione peccati uenialis, prout  
figuratur per lignum, foenum, & stipulam primò  
Corinth. 3.

¶ Tertio, Vtrum homo in statu innocentiae potue-  
rit peccare uenialiter.

¶ Quarto, Vtrum angelus bonus, uel malus possit  
peccare uenialiter.

¶ Quintò, Vtrum primi motus infidelium sint pec-  
cata uenialia.

¶ Sextò, Vtrum ueniale possit esse in aliquo simul  
cum solo peccato originali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod pec-  
catum ueniale causet maculam in anima. Dic-  
it enim \* Aug. in lib. de penitentia, quod pec-  
cata uenialia, si multiplicentur, decorè nostrum ita  
exterminant, ut a celestis sponsi amplexibus nos se-  
parent: sed nihil aliud est macula, quam detrimen-  
tum decoris. ergo peccata uenialia causant maculam  
in anima.

2. q. 87. ar. 2.  
ad. 3. o. di.  
16. q. 2. ar. 1.  
q. 2. ad 3. &  
1. q. 2. ad 1.  
ar. 2. q. 1. ad  
1. & ma. q. 7.  
ar. 1. cor. &  
Psal. 14.  
1. de medi-  
cina peni-  
t. 9. & ser.  
de sãtis 41.  
20. 10.

¶ 2 Præ. Peccatum mortale causat maculam in ani-  
ma, propter inordinationem actus, & affectus ipsius  
peccantis: sed in peccato ueniali est quædam deo rdi-  
natio actus, & affectus. ergo peccatum ueniale causat  
maculam in anima.

¶ 3 Præ. Macula animæ causatur ex contactu rei tem-  
poralis per amorè, ut \* supra dictum est: sed in peccato  
ueniali anima inordinato amore cõtigit re ipsã.  
ergo peccatum ueniale inducit maculam in anima.

q. 86. ar. 1.

Sed contra est, quod dicitur Ephes. 5. Vi exhi-  
beret ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem  
maculam, aut rugam. \* Glos. id est, aliquod peccatum  
criminale. ergo proprium peccati mortalis esse uide-  
tur, quod maculam in anima causet.

q. 6. interli-  
br. 1. ibi.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex \* dictis patet,  
macula importat detrimentum nitoris ex aliquo cõ-  
tactu, sicut in corporalibus patet, ex quibus per simi-  
litudinem nomen maculae ad animam trãsfertur. Si-  
cut autè in corpore est duplex nitor, unus quidè ex  
intrinsicâ dispositione mēbrorũ & coloris, alius au-  
tem ex exteriori claritate superueniente: ita et in ani-  
ma est duplex nitor, unus quidem habitualis quasi  
intrinsecus, alius autem actualis, quasi exterior ful-  
gor. Peccatum autem ueniale impedit quidem nito-  
rem actualem, non tamen habitualem: quia nõ exclu-  
dit, neque diminuit habitũ charitatis, & aliarum uir-

q. 89. ar. 1.

factum, ut \* infra patebit, sed solum impedit  
actum. Macula autem importat aliquid man-  
re maculata, unde magis uidetur petiuerit ad de-  
mentum habitualis nitoris, quam actualis. unde  
priore loquendo, peccatum ueniale non causet ma-  
culam in anima: Et si alicubi dicatur macula induci  
hoc est secundum quid inquantum impedit nitor  
qui est ex actibus uirtutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. Augustin. hoc  
tur in eo casu, in quo multa peccata uenialia cõ-  
tinue inducunt ad mortale, aliter autem non sepe-  
rent ab amplexu celestis sponsi.

AD SECVDVM Dicendum, q. inordinatio actus  
peccato mortali corrumpit habitum uirtutis, ut  
tem in peccato ueniali.

AD TERTIVM dicendum, quod in peccato  
G tali anima per amorè contingit rem temporalem  
quasi finem, & per hoc totaliter impeditur in  
splendoris gratiae, qui prouenit in eos, qui Deo  
herentur ultimo fini per charitatem, sed in pec-  
ueniali non adheret homo creaturæ tanquam fi-  
timo. unde non est simile.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter peccata uenialia per lignum, foenum  
& stipulam designentur.

**A**D SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod  
H uenienter peccata uenialia per lignum, foenum  
& stipulam designentur. Lignum enim, foenum,  
stipula, dicuntur superædificari spirituali fundamē-  
to: sed peccata uenialia sunt præter spirituale  
cuius, sicut etiam quælibet falsa opinionio. Item  
ter sciam, ergo peccata uenialia non conueni-  
ter designantur per lignum, foenum, & stipulam.

¶ 2 Præ. Ille qui ædificat lignum, foenum, & sti-  
lam, sic saluus erit quasi per ignem, sed quando  
ille qui committit peccata uenialia, non erit saluus  
per ignem, puta, cum peccata uenialia indu-  
tur in eo, qui decedit cum peccato mortali. ergo  
conuenienter per lignum, foenum, & stipulam  
ta uenialia designantur.

¶ 3 Præ. Secundum Apostolum, Alii sunt qui  
ædificant aurum, argentum, lapides pretiosos, id est  
rem Dei, & proximi, & bona opera, & alii qui  
ædificant lignum, foenum, & stipulam: sed peccata ueni-  
committunt etiam illi qui diligunt Deum, & pa-  
mum, & bona opera faciunt. dicitur enim prima  
nis secundo: Si dixerimus quia peccatum non ha-  
mus, nos ipsos seducimus. ergo non conuenienter  
signantur peccata uenialia per ista tria.

¶ 4 Præterea. Multo plures differentie, & gra-  
sunt peccatorum uenialium, quam tres. et  
inconuenienter sub his tribus comprehenduntur.

**R**ESPON. Dicendum, quod Apostolus prius  
K rinth. tertio dicit de eo qui superædificat lignum,  
foenum, & stipulam, quod saluus erit quasi per  
& sic patietur penam, sed non æternam; remanet  
penæ temporalis proprie pertinet ad peccatum  
niale, ut \* dictum est. ergo per illa tria signantur  
peccata uenialia.

RESPONDEO. Dicendum, quod quidam  
tellexerunt fundamentum esse fidem informem  
per quam aliqui ædificant bona opera, quæ figu-  
tur per aurum, argentum, & lapides pretiosos. et  
dã uerò peccata et mortalia, q. figurantur per  
gnum, foenum, & stipulam. Sed hanc expol-

ARTICVLVS III.

¶ Suber Quaestiois octuagesimanona artesculum versuum.

Vtrum homo in statu innocentie potuerit peccare uenialiter.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod homo in statu innocentie potuerit peccare uenialiter: quia super illud 1. ad Timoth. 2. Adam non est seductus, dicitur glof. Inexpertus diuine feueritatis in eo falli potuit, ut crederet ueniale esse commissum: sed hoc non credidisset, nisi uenialiter peccare potuisset. ergo uenialiter peccare potuit, non peccando mortaliter.

¶ 2 Præf. ¶ Auguf. dicit. 1. super Gen. ad literam: Non est arbitrandum, quod esset hominem deicaturus tentator, nisi præcessisset in anima hominis quædam elatio comprimenda: elatio autem deiectionem præcedens, quæ facta est per peccatum mortale, nõ potuit esse nisi peccatum ueniale. Similiter etiam in eodem Auguf. dicit quod uirum sollicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum muliere uidisset sumpto uetito pomo nõ esse mortuam. Videtur et fuisse in Eua aliquis infidelitatis motus in hoc, quod de uerbis Domini dubitauit, ut patet per hoc quod dixit: Ne forte moriamur, ut habetur Gen. 3. hæc autem uidentur uenialia peccata. ergo homo potuit uenialiter peccare, antequam mortaliter peccaret.

¶ 3 Præf. Peccatum mortale magis opponitur integritati primi status, quam peccatum ueniale: sed homo potuit peccare mortaliter nõ obstante integritate primi status. ergo etiam potuit peccare uenialiter.

SED CONTRA est, quod cuiuslibet peccato debetur aliqua pena: sed nihil poenale esse potuit in statu innocentie, ut Aug. dicit 14. de Ciui. Dei. ergo nõ potuit peccare aliquo peccato, quo nõ ciuceretur ab illo integritatis statu: sed peccatum ueniale non mutat statum hominis. ergo non potuit peccare uenialiter.

RESPON. Dicendum, quod communitèr ponitur, quod homo in statu innocentie nõ potuit uenialiter peccare. Hoc etiam non est sic intelligendum, quasi id quod nobis est ueniale, si ipse committeret, esset sibi mortale propter altitudinẽ sui status. Dignitas enim personæ est quædam circumstantia aggrauans peccatum, non tamen transfert in aliam speciem, nisi forte superueniente deformitate inobedientie, uel uoti, uel alicuius hmoi: quod in proposito dici non potest. Vñ quod est de se ueniale, nõ potuit

Prima Secunda s. Thoma. BB 3 ha

Missis articulis primis quærit 89. in tertio articulo, dubium occurrit ex Scoto in uigefimaprima distinctione, secundi sententia tenente quod in statu innocentie potuit homo peccare uenialiter absque mortali peccato: arguitque quadrupliciter ad hoc. Primo, quia donum originalis iustitie non perfectius coniungebat hominem ultimo fini, quam quæcunq; gratia gratum faciens coniungit nunc uiuotem: sed cum gratia quacunque uiuotem nunc stat ueniale peccatum: quia si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. ergo.

¶ Præterea, Adam tunc potuit committere ueniale ex genere, puta, dicere uerbum otiosum. ergo.

¶ Præterea, Sequeretur quod mortale, & ueniale æque repugnarent rectitudi- ni status innocentie: quia utrumque est ei impossibile, & corrumperet eum.

¶ Præterea, Ab extremo ad extremum nõ fit transitus nisi per medium: sed ueniale medium est inter iustitiam, & mortale. ergo.

¶ Ad primum horum dicitur, quod peccat secundum nõ causam, ut causam, & secundum figuram dictionis mutando sic, uel plura in magis, uel econuerso. Iustitia enim originalis non quia magis, sed quia sic, uel pluribus modis, coniungebat ultimo fini, repugnat peccato ueniali: quia sic coniungebat ultimo fini, ut omnino inferius in fallibili ter ordinaretur sub suo superiore.

Et cum contra hanc rationem instat Scoto, quia peccatum ueniale committitur etiam in parte superioris, ut patet de primis motibus infidelitatis: patet responsio ex litera, scilicet quod ipsa pars superior, ut

2. di. 21. q. 2. ar. 3. & 3. di. 34. ar. 4. ad 4. & mai. q. 2. ar. 8. ad 1. & q. 7. ar. 3. Est q. 1. Aug. 14. de Ciui. Dei ca. 1. in 5. to. 5.

Li. 1. ca. 5. in prin. to. 3.

Capio. to. 5

improbat Auguf. in libro de fide, & operibus: A quia ut Apof. dicit ad Galatas quinto. Qui opera carnis facit, regnum Dei non consequetur, quod est saluum fieri. Apof. autem dicit, quod ille qui edificat lignum, fœnum, & stipulam, saluus erit quasi per ignem. unde non potest intelligi, quod plignu, fœnum, & stipulam peccata mortalia designentur. Dicunt ergo quidam, quod per lignum, fœnum, & stipulam significantur opera bona, quæ superædificatur quidem spiritali ædificio, sed tamen comissent se eis peccata uenialia: sicut cum aliquis habet curam rei familiaris, quod bonum est, committet se superfluous amor uxoris, uel filiorum, uel possessionum. sub Deo tamen, ita scilicet quod pro his hominum nihil uellet facere contra Deum. Sed hoc iterum non uidetur conuenienter dici. Manifestum est enim, quod omnia opera bona referuntur ad charitatem Dei, & proximi, unde pertinent ad aurum, argentum, & lapides pretiosos. non ergo ad lignum, fœnum, & stipulam.

¶ Et ideo dicendum est, quod ipsa peccata uenialia, que admittunt se procurantibus terrena, significantur per lignum, fœnum, & stipulam. Sicut enim huiusmodi congregantur in domo, & non pertinent ad substantiam ædificii, & possunt comburi ædificio remanente, ita etiam peccata uenialia multiplicentur in homine, manente spiritali ædificio, & pro istis patitur ignem uel temporalis tribulationis in hac uita, uel purgatorii post hanc uitam, & tamen salutem cõsequitur æternam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccata uenialia non dicuntur superædificari spiritali fundamentum, quasi directe supra ipsum posita, sed quia ponuntur iuxta ipsum, sicut accipitur Psalmo centesimotrigesimo sexto. Super flumina Babylonis, id est, iuxta, quia peccata uenialia non destrunt spirituale ædificium, ut dicitur est.

AD SECVM dicendum, quod non dicitur de quoocunque edificante lignum, fœnum, & stipulam, quod saluus sit quasi per ignem, sed solum de eo, qui edificat supra fundamentum, quod quidem non est fides informis, ut quidam estimabant, sed fides formata charitate, secundum illud Ephes. 3. In charitate radicati, & fundati. Ille ergo qui decessit cum peccato mortali, & uenialibus, habet quidem lignum, fœnum, & stipulam, sed non sunt superædificata supra fundamentum spirituale, & ideo non erit saluus sic quasi per ignem.

AD TERTIVM dicendum, quod illi, qui sunt abstracta cura temporalium rerum, etsi aliquando uenialiter peccent, tamen leuia peccata uenialia committunt, & frequentissime per feruorem charitatis purgantur. Vnde tales non super ædificant uenialia, quia in eis modicum manent: sed peccata uenialia ipsorum, qui circa terrena occupantur, diutius manent, quia non ita frequenter recurrere possunt ad huiusmodi peccata uenialia delenda per charitatis feruorem.

AD QVARTVM Dicendum, quod sicut Philosophus dicit in primo de celo. Omnia tribus includuntur, scilicet principio, medio, & fine, & secundum hoc omnes gradus uenialium peccatorum ad tria reducuntur, scilicet ad lignum, quod diutius manet in igne, ad stipulam quæ citis sine expeditur, ad fœnum quod medio modo se habet secundum quod peccata uenialia sunt maioris, uel minoris adhaerentia uel grauitatis, citius uel tardius per ignem purgantur.

pedic... d man... here ad... alis u... carlar... ius... dicit... gulin... ma... non... natio... ritus... deccaro... temp... itur in... qui De... ed in pe... quam... um, fan... tur, q... um, f... fœnum... di fund... rituale... nes sum... in con... stipul... m, &... quanto... erit sal... ialia in... rali, erg... ilamp... sunt qui... os, id est... li qui... cata u... um, &... m non... uenient... e, & g... res... mendum... orime ad... cat lig... uali per... ; reat... peccatum... signifi... ad quid... orform... uæ fig... riosos... m eos... xpofit...